



Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum eius: et uocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Esaię. 9. b. 6.

Et peperit filium suum primogenitum, et pannis eum inuolauit, et reclinauit eum in presepio: quia non erat eis locus in diuersorio. Luca. 2. a. 6.

Verè languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portauit: et nos putauimus eum quasi leprosum, et percussum à Deo et humiliatum. Esaię. 53. b. 4.

Primum autem oportet illum multa pati, et reprobari à generatione hac. Luca. 17. c. 25.

Soluite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. Ioannis. 2. d. 19.

Quoniam non derelinques animam meā in inferno: nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Psalm. 15. b. 10.